

*Q. D. B. V.*

Qvid expediat  
**IMPERIO?**  
PRAESIDE  
**CONRADOSAMVELE**  
**SCHVRZFLEISCHIO,**


RESPONDET  
**IOAN. BERINGIVS,**  
Gryphisvv.Pomer.

A. c*lo* I*c* LXXII. EID. DEC.  
CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

---

Disputatio **XLIX.**

**LIPSIAE**, Apud NICOLAVM SCIPIONEM.  
*cl* I*c* XCIX.





## I.

Vae hominum , eadem imperiorum sunt vices.  
Hic florent, illic senescunt, alibi extingvuntur.

II. Romanum illud Vetus ante oculos est. Crevit  
in Augusto, stetit in Traiano, cessavit in Augustulo.

III. Ita omnia eunt in orbem. Nascuntur Imperatores, et pereunt: oriuntur imperia et desinunt. Omnium haec lex est, non durare semper, non manere vestigio eodem.

IV. Duplex inter incerta illa solatium, uti prudentia et niti virtute. Illa providemus futura, hac praesentia sustinemus, facere et pati fortia parati.

V. Sed mittam vetera : proximorum meminisse volo,  
praesentia cum praeteritis subinde comparabo.

VI. Ad vos loqvor, mei GERMANI, tot Caesarum Regumque sanguinis, maiorum vestrorum similes posteri. Edite antiquae fortitudinis curarumque exempla, memoranda nobis, aestimanda post nos venturis, Reputate animis temporum fortunam, considerate, quae instant, inite pacis servandae rationes, id est, COLITE PACEM ARMATAM.

VII. Octavum abiit seculum, ex quo supremum decus terrarum complexi estis: (\*) Caesares, Imperatores accepistis, habuistis, elegistis: exteris maiestatem, barbaris terrorem ostendistis. Servate hanc laudem, servate caput et summam rerum.

(\*) Impotens hic et imprudens Auberius Gallus est, historiam ignorat, civiles nationes aut non caput, aut turbat.

VIII. Oriuntur saepe dissidia, et sopia interdum suscitantur. Sed horum apud vos remedium erit, si iure invicem experimini, non armis.

IX. Si arma sumenda sunt, vertite in hostes, parcite cibibus, parcite visceribus vestris. Cuncti iuvate singulos, singuli adesse universis. Hic Sacri Imperii contextus, hoc patriae

muniumentum, hoc fidei amicitiaeque vestrae vinculum erit.

X. Belli cogitatio subeat ante bellum, non ut lacersemus domi, sed ut defendamus foris, sed ut lacerfientes arceamus. Si quid olim discessimus exemplo, necessitate excusatitur. Luimus, eluimus, salva nihilominus Imperii maiestas est, et salva erit in posterum.

XI. Nautas imitabimur, qui non quaerunt, sed habent anchoram, quam iacent fluctuanti salo. Sero flagitant, qui quod flagitant, habere in numerato debent.

XII. Principes iuventutis singantur ad eas artes, quibus Principum securitas continetur. Perdidit Assyrios otium, perdidit gynaeceum Persas. Nostri haec spernent, quia Germani; contra palaestra utentur et ludo Martio ante Martem.

XIII. Erunt in exemplum Marii, erunt Camilli, utrique bellatores, utrique vindices sua gentis.

XIV. Vigilat AVGSTVS noster propter hanc causam, et facienda docet exemplo. Ordinat denuo Teutonici Ordinis rationes, curatque diligenter, ut habeat ibi officinam belli, et si quid oriatur ex improviso, remedium sit in promptu.

XV. Rependet Tibi gratiam posteritas, LEOPOLDE: exteri mirabuntur prudentiam, nos praedicabimus salutare consilium.

XVI. Adeste in ordinem allecti Eqvites, memores pristinae virtutis, VIRI tanto negotio pares, et finium futuri defensores. Spondete AVGSTO pro securitate Imperii, servate egregium decus, cuius repetita vice excitatis expectationem: sanguinem, fortunas, sive ad defensionem impendite, sive ad iustam ultionem.

XVII. Suppeditat materia crescendi, praelucet auspicium Piissimi Imperatoris. Observe illud, et colite iussa. Cetera aut virtus, aut fortuna expediet.

XVIII. Nempe ut initia erunt, ita sortiemur exitum. Prima cura sit, parare Sacro Imperio exercitum, parare securi-

curitatem universis. Deinde minnire Imperii fines, et castella, qva limitem spectant, annona et milite firmare: postremo copiis in aciem educendis unum praeponere cum Imperio summo, id est, vitare Ducum aemulationes, et simul vitare seculi astum.

XIX. Facto opus est, cum verba non expediunt. Tu mea Germania, gratam habe pietatem, et qvod ad omnium salutem pertinet, consultis opus, inceptis exemplum coniunge. Ita et tu Caesari, et Caesar tibi officium solvet.

XX. Sed amplius dicam, et fidam in eo operam nava-  
bo. Interest vestra, Principes, florere instituta cōventuum,  
in qvos quisqve descripti estis. Pracivimus dudum Saxo-  
nes: reliqui instate exemplo, et nobis fructum pacis, vobis  
sanctissimum nomen, posteris seqvendi officium praestate.

XXI. Cuncta exeqvi, arduum, et providos cohortari,  
supervacuum est. Vnum adiicio, prosperum omen Germaniae  
inferiori. Instaurat commune districtus sui Consilium,  
praefectos instituit, adiutores, Consiliarios attribuit, stipendia  
numerat ex fisco, spem denique suis, animum sociis, metum  
hostibus, Imperio gloriam addit.

XXII. Habent exteri suos Vlysses, et iactant. Nos glo-  
riabimur habere Catones, habere Scipiones, iudicio, pruden-  
tia maximos, robore, animis vigentes. Apud hos cunctatio  
sapientiae condimentum est, apud alios materia repre-  
hensionis. Priusquam agant, deliberant cum mora. Si agere  
cooperunt, frustra sit, qyi speret, posse avocari. Quid for-  
tuna dederit, ferunt, prosperas adversasqve res iuxta habent.

XXIII. Accipite aeqvis auribus, Principes, pie loqvor  
et sentio: multi pro meritis odium reponunt, lenta Comitia  
ingeminantes. Sed hi non capiunt ardua vestrarum curarum.

XXIV. Tuos manes appello, Dñe Ferdinand II. Re-  
frica nobis memoriam superiorum rerum, et dicio senten-

tiam pro Comitiis prorogandis. (\*) Fert ita necessitas, et ferret, credo, eosque, donec adolescentia lex securitatis.

(\*) Alter fons et ominatur I. In quart. vice resumpt. omnes. verum ser. et cladem ante cum Iustus Lipsius cent. 3. ad Reg. ep. 72.

XXV. Admove hoc curis tuis, invictissime LEOPOLDE, et cogita de praeteritis, ut futura emedes. Serva Germaniam pacis alumnam, et si quid lubricum emergat, firmare acerbitate. Gentile tuae gentis bonum mansuetudo est, qua aut refers Deum, aut imitaris.

XXVI. Seqvitur vitam fortuna, et ut laboris impenditum est, ita praemia colliguntur. Vsu tuo id verum probas, o noster amor, o maxime LEOPOLDE. Nunquam tibi consilium, nunquam honorum officium defuit. Horret Aquilas tuas infensus ab Oriente hostis, fremit quoque ab adverso Istro Achmetes, cum tot acceptarum a te cladem venit in mentem. Nempe vires et robur aderamus Germani, aderant nobiscum vetusto nomine amici, et utinam nunquam futuri hostes, Galli.

XXVII. Qvae foris, eadem domi felicitas apparuit. Erant, qvos scelus ageret ad Vngariae res turbandas: erant occultae factiones, dilatae in exitii tui occasionem. Vidisti, Caesar, insidias, vicisti in caput machinatores, steristi sub tutela Dei immortalis.

XXVIII. Permitte mihi, Auguste, confidentius loqui. Respicit te, qvod dicam, exigitque tuam curam, et virtutem augusto fastigio nixam. Hortare ad concordiam finitimos. regno, qvod ad occidentem recedit, persuade moderacionem. Si Mosa turbet, aut Rhenus, seu oppones auctoritatem, seu, qvod praecoptamus, interpones. Erit ita agendi auspicio felix, erit nomen venerabile amicis, erit terrible adversantibus maiestati, maiestas denique sustinebitur aeternitate rerum.

XXIX. Sed salve tandem, et iterum salve, Augustissime

me Caesar, salve Principum excelsissime, Patriae munimentum, Germaniae spes, posteris aeternum decus. Summus tibi rerum mortalium concessus gradus est, statuendi arbitrium cum Principibus divisum. Tene hunc clavum, quem adeptus es, prudentia et magnanimitate. Iunget tibi dextram SAXO noster, Comes idem sociusque aderit Brandenburgicus Achilles, ceteri applaudent, nos supplicabimus pro avertenda orbitate. Sit felicis uteri Augusta, sit nunquam sine posteris Austria domus, praesentia fluant ex voto, futura ordinet DEVS.

## I.

**A**rbitror hic non intempestivum fore, si, quod maxime doctrinorum civilium interest, proseqvar strictim, referamusque velut in compendio insigniores Imperii commutationes, ut suis quaeque seculis respondent, ac certis quasi intervallo-rum finibus continentur.

II. Seculum, quod a N. C. octavum ibat, plane erat in fatis, et Carolo Pipini filio ad ardua muniebat viam, atque Imperii Romanorum ad Francos deferendi omen aequum ac titulum habebat.

III. Ascendit vero Carolus veluti per gradus, et bello Langobardico prospere confecto, iecit fundamenta AVGVS-TAE dignitatis, Rex idem Francorum successione, et Langobardorum victrixi iure, Romanorum denum solenni pactiōne Princeps, et sub PATRICII nomine Dominus Romae.

IV. Nolim rem trahere longius, qui et cupiam distinguere annos, et temporum partiri ordinem, et ponere cum civilibus rationibus calculum.

V. Agebatur annus 774. quum Carolus cognomento magni, ob merita operariique Romanis naviganti, de Senatus populiisque sententia, annuitente in primis Pontifice, adeptus est Principatum Vrbis, et ab his initiis crevit ad gloriam Augusti Imperatoris, quam publica inauguratione comprobavit SPQR. anno supra octingentesimum primo.

VI. Nempe adeo Patria dignitas supremum in Romanus Carolo peperit, \* inauguracione declaravit, transactio Nicoporiiana \*\* confirmavit.

\* A. Franc. An. 801. Scriptor vitae Caroli. M. ex recens. Pithocan. p. 233. Romani, inquit, elegerunt sibi Advocatum S. Petri contra reges Langobardorum. Deinde ipsum Dominum Carolum elegerunt sibi in patricium Romanorum: deinde elevaverunt in Imperatorem et Augustum. Quibus verbis antea magis et magis fortunae Carolinae rationes innotescunt. In antiquis diplomatis id per accurate obseratur, dum titulus instruitur Caroli ante et post Imperatoriam inaugurationem, sive coronationem. Ad eum modum in diplomaticis scribitur, Carolus Rex Francorum et Langobardorum, et Patricius Romanorum. Conf. Tradit. Fuldens. p. 449.

\*\* Inter plures transactiones hanc primam et potissimum est. Irene enim alegari non potest, quia semina: atque Imperium Romanum neque Orientis, neque Occidentis unquam feminum fuit, et illa adeo qualicunque pallo non plus iuriis transferre potuit, quam ipsa habuit; habuit autem nullum, quia Imperia marium nullum ius, nullam alienandi potestatem feminis re inquit. Legitimae alioqui transactiones memorinur, sec. IX. Carolo-Nicoporiiana, et Carolo-Michelica. Tertia vero, quam Friderico-Isacianam appellare licet, pertinet ad XII. seculum, de qua vid. Chron. Nussiense ad A. 1187. Huc pertinet transactio Caroli M. et Leonis, de qua est apud Gotfrid. Viterbiens. part. XVII. p. 457. Verba extant: Cum quo (Leone) Caro us pacem perpetuam hoc modo componit, ut alter alterius imperi frater non metur, et alter ab altero semper invetus: Gracus autem Imperator Orientem: Caro vero siqure successores habeant Romanum cum toto Occidente. Ex quibus colligere est 1. Imperium Orientis atque Occidentis respectu nexus civilis aeterno iure ab se invicem separatum esse: 2. Eoque nec hoc in illud, neque illud in hoc praetendere aliquid iure posse: 3. Foedera nihilominus perpetuo coivisse, ut alterum alteri opem ferret, quae ratio cessavit quinto decimo seculo, redacto Orientis Imperio in potestatem Sultanorum: 4. Sed Germaniae adhuc interesse, ut Hungariam assiduis Turcarum insulibus obiectam in oculis atque animo gerat, partim propter veterem sub Germanorum Imperio clientelam, et, quam Henricus Sanctus induxerat, unius civilis Imperii cognationem, partim ob tot superiorum foederum, quae interutasque gentes coa-  
luc-

luerant, sanctitatem, partim propter tot iniurias in finibus Germanis  
datas, ac passim violatae fidei exempla, partim ob prudenter periculi  
vitandi ex propinquo, conf. R. I. 1495. princip de A 1500. tit. der  
Türken halben. A. 1542. §. 16. 25.

VII. Enectis ad Imperium Carolingis, ut diversi suc-  
cessores, ita dispar Imperii facies fuit, quippe quod alii eam  
viam facultatemque complexi essent, ut pleno regerent iure,  
alii sive proprius, sive longius recederent ab illa lege. Ca-  
rolus M. regnavit exquisite, Ludovici pii auctoritas admo-  
dum eviluit, reliqui dissidiis agitati, cum seipso, tum Impe-  
rii vires attriverunt, in Lothario I. obsolevit ferme superior  
veneratio Carolingici nominis, Carolus Crassus velut excors  
habitus, simplicitatem luit Imperii amissionem, Arnulfi\* filius  
ne attigit quidem tantum fastigium, iam perculta plane ac pro-  
strata Carolingorum antiqua dignitate. \*\*

\* Alii IV. alii V. numero essent: perperam, si in serie Imperato-  
rum, quippe quam non pertinet, atque adeo respectu huius non  
numeratur. Quo vid. Historici, et in primis veteres numeri, quorum  
plerosque vidi prima sui forma qui non Imperatoris, sed regis inci-  
sum elogium habent. Sed et hic nota numum a Ioanne Palatio \* Agell. inter  
Lyci Veneti doctore expressum: HLVDOVICVS IV. IMPERAT.  
Qui cum dissentiant a veris historiae civilis rationibus, facile colligo,  
non esse verum, quia non praefert numerum, quo distinguntur eius-  
dem nominis Imperatores. Ludovicus enim Bosonis filius exprimi-  
tur titulo Imperatoris, nec male, ut vel solus evincere Regino potest  
ad A. C. 904. si quidem Bosonis iste filius tertius in serie Imperatorum  
expressus fuisset, non quartus. Quanquam Gallici scriptores pluri-  
que pro certo habent, Ludovicum Calvi filium successissi patri in au-  
gusta dignitate: communem errorem sequuntur Jacobus Strada Man-  
tuanus, M. Zvv. Boxhorn. Erycius Puteanus, Io. Cluverus, et plures  
ex historicorum vulgo. Aliud constat ex Sigebert. ad A. 847. Sin  
vero in serie regum Germaniae subducenda ratio esset, Ludovicus  
noster a Ludovico Germanico, quem incepit quidam inter Imperato-  
res ponunt, tertius foret inter Ludovicos huius nominis regum. Sed  
id non abnuo, commoda interpretatione iuvari posse. Num restat  
de Palatio, literas numerorum quandoque et minus recte, nec con-

*Agell. inter  
lita p. 321.*

venienter antiquis numis exprimendas curavisse, cuiusmodi est, quādo ibidem in aversa numi parte incisum legitur, TVRONVS. CIVES.

\*\* Scriptores partim P. Pithoeus, partim Io. Pistorius, partim Ingius Reuberus, partim Melchior Goldastus edidit, unde Io. Henricus Boeclerus veluti summam collegit Historiae Carolinae.

VIII. Si rationem sequentis aevi puto, non minorem reperio conversionem, rebus Germaniae in grave discrimen adductis, ac eousque male affectis, ut, nisi Saxones salvam Germaniam praestitissent, salva in posterum esse non potuisse: supremum Imperii Romanorum decus habere desierant Franci, nec Ludovicus IV. \* repetere poterat, et praetermittebat Conradus I. \*\* eo saltem curis cogitationibusque suis excitatus, ut cohiberet potentiam Germaniae Ducum Principumque. \*\*\* Sed quum nec id cessisset ex voto, et ad Henricum Aucupem non multo post devolveretur Francorum Saxonumque regnum, is contentus fortuna sua, et cum nil obstaret ad obtinendum Imperatorium insigni, acquievit regio honori, \*\*\*\* crescendique materiam reliquit filio Ottoni I.

\* Qui hunc Imperatoribus annumerant, longe ab historiae veritate. Nobis vel unus sufficiat Sigebertus ad A. 912. cum quo conf. Regn. ad A. 911. Marian. Scot. ibid. Mart. Polon. Ipsi tamen inquit, tempore cooperunt Itali ci imperare. Sigebertus modo nominato loco et A. 903 tyrannos vocat: quod de omnibus omnes non concessirint, praesuppe de Berengario seniore, quem Otto I. in diplomate Ecclesiae Pataviniae concessu et praecessorem suum, et Imperatorum vocat: quae verba tamen aliis non tam iuriis, quam facti notione explicantur. De regno Italiae id dici non potest, quippe quod ratum habuit Arnulfus, ut colligas ex Sigeb. A. 897. quandoquidem ei opem tulit adversus Vidonem Zwendbaldum. Praeter Berengarium nomine Imperatoris exultit Lampertum. Marianus Scotus ad A. 986. et Ludovicum Bosonis filium, Chr. Reubersp. A. 905. Berengarius Junior senioris ex filia nepos debellatus est ab Ottone I. Regino ad A. 964. De Rudolfo et Hugone regibus nil addito vid. Sigeb. A. 927.

\*\* VVitibund. A. 1. Sigeb. A. 912. Martinus Polonus A. 913. Vulgo tamen Imperatorem vocant, nec pauci gnaviter in eo errore persicunt.

\*\*\* VVitichund. A. 1. p. 7. et ex eo Connodus Vrspurg. qui commu-  
rant,

runt, omniam ducum, praesertim Henrici Avcnpis, potentiam subveritum esse. Praeter Saxonie Ducem erant Arnoldus in Batioria, Burchardus in Svevia, Eberhardus in Francia, Gisibertus in Lotharingia. Vrfferg. p. 188. Sigeb. A. 914.

\* Abb. Stad. ad A. 920. dixisse refert, sufficere sibi, quod regis nomine vocaretur. Conf. Mart. Polon. Chr. ad A. 920. Tradit vero VVi- tibundus Annal. i. postremo tempore statuisse Romanam profici, sed morbo impeditum non potuisse.

IX. Perinde vero Ottonum, \* ac Caroli M. aetate ih regno Teutonicu successio viguit, et plenior una respectu Romanorum Imperii potestas, donec minueretur paulatim, et prope convelleretur aliquando, prodiit vitiisi moris exemplo, quo plus venerationi Pontificis, quam honori Imperatoris datum est: Henricus IV. \*\* sic assiduis iactatus turbis est, ut Respublica quotidie ferretur in peius, Ordinesqve sibi multa sumerent licenter, et mutarent obseqvium, ac pristinas pro Republica curas: sed quum is stetisset fortiter, et ad mortem usque invictus, ac turbulentissimum XI. seculi statum sustinuissest constanter, filio eius Henrico V. deum Pontifex extorsit quandam summi Imperii partem, \*\*\* a cuius excessu rursus electio valuit, et innotuit regalium. \*\*\*\* nomen, augustaque dignitas collabefacta ferme, robur aliquod et fulcimentum recepit in Friderico I. \*\*\*\*\* Nec multum absuit, quo minus instaurata Imperii auctoritate, reduceret hereditarium ius Henricus VI. \*\*\*\*\* quanquam nec omnis eius vis ita evanuerat, ut nulla in solidum familiae ratio respectusque esset. Verum ut seculi XII. infausta initia, sic non melior exitus fuit, implicato iterum turbis Friderico II. quae si \*\*\*\*\* cum excidio Hohenstaufforum conqviescissent statim, maioris tranquillitatis gratiam seculo XIII. deberemus: nunc quia id non contigit, dolendum qvidem e nomine graviter est, sed nec laetandum mediocriter, quod Rudolfus \*\*\*\*\* Habsburgius corrigeret illorum temporum

fortunam, redderetque Imperio pacem, et posteritati suae inferret augustum decus. Quarto decimo seculo rebus iterum vergentibus, post Ludovicum Bavaram ~~\*\*\*\*\*~~, opportunissime assuit Carolus IV. ~~\*\*\*\*\*~~ et publica lege sanxit, quod e republica esset, et quem hactenus sola consuetudo fecerat, iure scripto confirmavit ordinem Septemvirorum. Ut haud ex vano existimes, non magis Caroli consilio, quam coelesti quodam munere ad eum modum Germaniae provisum fuisse.

\* Afferit electionem Christoph. Lehmannus Cbr. Spirens. lib. V. cap. XVII. eoque allegat VVtichindum, Ditzmarum, et complures. Sed non habet momentum, quod colligit ex eligendi verbo: nam successio saepe explicatur imagine electionis, ut propterea non continuo definat successio: cum vero electio illa non tam prima iuris regnandi concessio, quam solennis declaratio saltem renuntiatioque fuit. Quod ut ante oculos ponam, VVtichindus ex VVtichindo explicandus est: lib. enim 1. Annal. refert, designavisse filium Ottomem Regem, et fecisse testamentum: lib. 2. affirmat, Francorum Saxonumque populum elegisse Ottomem, sed non meo nru arbitratuque suo, sed item designatum a patre Regem. Sunt et alia, quae apud me valent plurimum, et vel illud maxime, quod VVtichindus et Abbatem Stadense auctoriibus, Henricus Ottonis I. Pater plena potestate regnaverit in Saxonia, et haud dubie adeo eadem in successoribus continuasse mihi videatur. Nec multo secius sentio de Carolingis, ut non modo testamentum, quod laxe nimis interpretatur Gorius, sed et consuetudo OLITANA eviniet, de qua est in formula proclamationis Caroli Regis, et confirmatur his verbis: Ex consuetudine Oltana in Francorum regno Reges ex genere prodeunt. Atqui si ex genere prodeunt, nou erit in voluntate populi positum, ut eos sibi Reges ascipliant, quos iam tum generis ratione, id est, hereditario iure habent. Ceteroquin Hermannus Conringius noster in dissertat. de S. p. t. m. viris successionem partim hereditariam, partim electiitiam fuisse scribit: quod si afferatur, nova redit quaestio, successio, an electio valuerit majori parte? Vulgo putant præpolluisse hanc, ego vero cum aliis illam, si forte assumenda opinio sit, successioni electionem fuisse admixtam. Sed revertor ad dignitatem Imperatoriam Ottonis I. quam comprobatur SCum Romanum apud Goldstum T. 1. Conf. Imp. A. C. 964. quod sub nomine Bullæ Leonis II. Pontificis celebrasur, nec non referri debet ad SCum

A. 774. promulgatum, quod in mente omnium et sermone est sub titulo Bullae Adriani I. cum quo denuo coniungo comparoque SCum A. 1040. solenniter repetitum. Sed ad SCum Ottoni I. editum conferre licet Chron. Reichspfennige ad A. 957.

\*\*\* Henricus IV. ayo turbulentissimus Imperii status, et tempora omnium afflictissima fuerunt, usque eo, ut Pontifices effunderent in caput eius dirarum tempestatem. Otto Frising. l. 6. Chron. c. 35. et lib. 7. c. 11. Add. Lamb. Schafnaburg. Abb. Stad. VVernerus Rolevinctus, et horum similes. Discipitari hic solet, an Henricus IV. reversa Imperio privatus fuerit, quod quidem ego non probem: 1. quia non iure, sed vi solum ac mera iniuriate sustinebatur exaufloriationis Imperatoriae actus: 2. quia ius Imperii successione praecedit auferri non potuit: 3. quia quod plenioria Monarchiae ingenitum est, tam alius radicibus est nixum, ut nulla libido labefactari, nullo ausu rapi transseruire debeat. 4. quia Henricus non habuit abdicandi animum, quin erecta etiam Imperii insignia vindicavit. Gofridus Viterbiensis Chron. part. 17. pag. 502. confitetur dolo circumventum Henricum, et p. 503. velut doli exceptione usum, repetuisse insignia adempta. Cuius animis significacionem dare potest ira Pontificis in eum post mortem, de qua vid. Viterbiens. Helmold. et H. Mutins, qui prodiderunt, integro quinquennio inhumeratum iacuisse, quod et nos alibi de industria exequimur, ac perinde in civili atque Ecclesiastica historia nostra recensemus.

\*\*\*\* Occurrebat Henrici V. animo triplex patris Henrici IV. exemplum, in quem vivum mortuumque excitatis Pontificum furor fuerat, ut tandem extorquerent Imperii partem, et summa inaugurationum Ecclesiasticarum iura. Formulam cessionis descripsit Conradus Vspfengensis, cum quo conf. Otto Frising. l. 7. c. 16. Abb. Stad. A. 1122. Sed cesso illa tantum abest, ne validia sit, ut quoque nullo modo obliget Henrici V. successores: 1. quod facta sit contra ius Imperii et publica paetia, et tria solennia SCta Romana: 2. quod, quicquid contra ius Imperii est, id ipso iure nullum sit, atque tale ab omnibus cordatis habeatur: quod Imperium non sit in parimonio Imperatoris: 4. quod minor annis tunc fuerit Henricus V. edique resundi saltum illiusmodi donationem oporteat, et in integrum restituiri Henricum, ac certe Henrici successores: 5. quod nequam legatur, universos Imperii Ordines ratum habuisse tam profane liberalitatis genus, quod tamen necessarium fuit, quatenus agebatur de abalienando Imperii iure, quale est suprema in angustandi Episcopos potestas. 6. Ne hic dicam de pacto Henrico-Pasch. anno, quod tamquam sigillata et per vim extortum scribit Otto Frising. Ch. l. 7. c. 14. lib.

Iudique ut tandem dissoveretur, obiituit Calixtus II. ab Henrico V. Frising. l. cod. c. 16. Ad postremum in Henrico V. constituitur epocha liberae Imperatorum electionis. Ego hic insuper observo evidens vindictam a Deo prouisa argumentum. Nam quantum antea Henricus V. operam impenderat Pontifici iuvando adversus Patrem, tantam nunc Pontifex impedit Henrico V. deprimendo infra gloriam antecessorum.

\*\*\*\* Hac notione regalia innoverunt Henrici V. aeo, et usu pragmatico magis invulnerant actate Friderici I. Quo patto extat illa vox apud Radevicum de gest. Frider. I. lib. 2. cap. 4.

\*\*\*\*\* Egregius hic Imperator, et ferme Henrico IV. par, et profecto extit fortunatior, qui Pontificem Adrianum IV. iam quoque in universo Imperii iura involutaturum mature castigavit, et famosas Innocentii picturas Romae deleri curavit, Imperium a Deo habere, non a Pontifice professus. Vid. Rad. v. l. 2. c. 10. conseraturque eo incepit excusatio Pontif. diel. l. c. 22. Suffragatur Gobelinus, et ex eo Monachus Nussiensis, qui ob res fortissime gestas magnum cognominat, Mag. Cbr. Belg. p. 179. 180. Itaque praeter verum est, quod vulgo approbant, Fridericum I. genibus Alexandri III. ad voluntum, subter Pontificis calces procubuisse. Nam id neque respondet ingenio Friderici, qui Adriano edixit, abstineret iniurias, neque convenit animo eorum, qui Imperatorem magno studio in Italiam usque comitati fuerant, quinque non permisuri, violari Imperatorem, et una violari copi suum. Ut non referam, Radevicum, qui ex professio res gestas Friderici Acobarbi composuit, nec verbo huius rei meminisse, pro industria aliqui et fide sua memoraturum, sed quid tale accidisset, cum alia probrose in Imperatorem dicta consulta que tenevere idem non praeterireat. Credere quoque scripturum hoc suisse Romanulum, Salerni quondam Episcopum, qui praesens Imperatori, et societas ipsius cupidissimus fuit. Reliqua non attingo, quod ex iis, quae nunc dixi, sat intelligantur.

\*\*\*\*\* Ita refert Monachus Nussiensis ex Ioanne Monacho M. Chr. Belg. p. 205. Imperio Romano inscruit Siciliam, et Armeniam sibi devinxit beneficiario iure. Illud vid. in Chr. Nuss. d. l. eoqve edita constitutio pragmatica, quae extat apud Melch. Goldast. Illoc reperire est in Chr. Engelbusti p. 242.

\*\*\*\*\* Fatale profrus et funestum ab excessu huius interregnum fuit, et seculum adeo triste, mops factiosumque. Hinc enim anticae saecula, illinc Pontifices collidebant omnia ac disturbabant. Ut Terminus Rolevius fasce temp. ad A. 1213. prodidit, vacasse Imperium multo tempore post depositionem eius. Sed falso primo sumit, illum depositum esse, quod diris Pontificis deceptio-

debet fuisse. Nec obscure vellicat Crantzina Vandall. l.7. c.6. Qui vellens  
cordatus scripsisset, legissetque diploma eius, quod A. 1220. Francofurti con-  
fessum est, et opinor, impense laudatus fuisset. Cui assentitur Monachus  
Citensis, et easusam multo incepissim anathematibus exponit, ad A. 1219.  
Sed eus quanta potentia fuerit, tradidit ad A. 1212. ubi nequicquam duvi-  
tavit eum comparare Carolo M. Accedit VVimpbeling. ep. rer. Germ. cap.  
3. Deinde non desinit Langius tempus, quo vacavit Imperium, imo nec ini-  
tiuum relle numerat, unde constituta est epocha Imperii vacantis. Ego  
eamsic constituio, ut incipiat demum ab obitu Conradi IV. non Imperato-  
ris quidem, sed regis Romanorum. Si enim maxime iam Imperium erat ele-  
ctuum, tamen semel electo non poterat adimiri iure, iure, inquam, Imperii ex-  
pensu, et quod exigunt boni mores. Verae igitur et legitimae confirma-  
tio que per aëluis Imperii electionis titulus ab excessu Conradi II. reperendus  
primum, et ascendens V. belmo tantum et Richardo est: illi quidem ex  
post facto, et a morte Friderici II. et Conradi IV. conf. Aut. Compilat. Chro-  
nol. p. 743. huic post V. wilhelmi caudem: quanquam enim principio Richar-  
dus dissidentibus suffragis electus fuit, tamen quia Alphonsus id sibi non re-  
vocavit ad animum constanter, nec prosecutus ad extremum hoc, quod ob-  
venerat, ius est, sed desistit sponte, aut cessavit potius Pontificis bortatu, ces-  
sisse hanc dubie intelligitur, et plus quam tacite abdicasse. Conf. Rolevincius  
fasc. temp. ab A. 1254. De Richardo alioqui constat, et ius electione quaes-  
tum exercuisse, et diplomata edidisse sub titulo et pleno iure regis Romano-  
rum. Sed quod de Alfonso dixi, idem postea eventu comprobavit Richardus,  
quippe quod omissa Imperii administratione, Angliam ingressus, neque  
ullum revertendi indicium relinqueret, derelicti significationem daret.  
Huldricus Mutius ad A. 1256. scribit, Principes Germaniae, Alfonso et  
Richardo repudiatis, elegisse Rudolfum Habsburgum. Reliqui ferentes  
consentiant, spretum plane ac sensu desperationis rerum suarum reduisse in  
Angliam. Conf. de eo Carolus Sagonius de reg. It. s. lib. 19. et 20. præterea  
Chronicon Kelleri, item Hedionis, at Iohannis Episcopii, nec non Abbas Trit-  
bemius, Io. Cyprianus, Hieronymus Magisterius, Michael Sa. ab., aliisque,  
Monachus Nussensis Chron. p. 252. refert ex Emundo, Friderici filiam cum  
a Richardo, tum ab Alfonso, per eibus impetrasse abdicationem, quod de  
Alfonso sic concedo, ut simul observem, Rolevincium illud omne attribuisse  
admonitioni Pontificis Gregorii X. De Richardo id præter laudatos au-  
tores vix alibi legas. Mattheaus Parisiensis, scriptor alioqui a iudicio et  
fide perquam commendatus, et quodcum sequitur Melchior Goldastus in so-  
lenni

lenni inscript. Tom. III. const. Imp. ad Iacob. VI. Britanniae regem, recente  
 se causas, propter quas electus fuerit: alter horum non dubitat, eum an-  
 numerare Germanis, et inde arcessere ius, quo ad Imperium pervenisset.  
 Iste speciat, quod Iohannes Froissardus literis mandavit Hist. lib. 1. An-  
 gliae regem quondam constitutum esse Romanis Imperii Vicarium. In  
 quam rem allegat Goldasius praedito loco epistolam ad Fridericum I. scri-  
 ptam, quae reperitur apud Radevicum de Friderico I. lib. 1. cap. 7. Agno-  
 siuntque hoc Angli ipsimet, et inter eos Iohannes Seldanus sit. of. hon. pag. 1.  
 cap. 2. §. 5. pluresque alii. Quo ut vero posso, putant quidam legem de  
 eligendo solum Germano, quam illi quidem assurant, hoc Imperatore electo  
 non esse violatam. Sed nusquam illalex extat, nec hodie quidem, nec in  
 ipsa, quae dicunt, aurea bullae, sed sola consuetudinis, quae paria cum lege  
 facit, ratione vigoreque sustinetur. Atque illa fortasse causa est, quod  
 Alfonsus Castellae rex, cum ambiret Imperium, affirmaverit, se quoad Nar-  
 bonense regnum, Romanis Imperii beneficiarium esse, ut l. d. tradit Golda-  
 sius. Ceterum id nimis longe petitum opinor, quandoquidem regnum  
 Narbonense ius Germanicae nationis tribuere nequicquam potuisse: Si  
 enim potuisse, regno Germaniae innexum esse oportuisset, cui tamen nun-  
 quam innexum fuit, si maxime etiam ultimis retro Carolingorum tempo-  
 ribus coniunctum fuit. Verum enimvero nil absurdum habuit sententia  
 Castellani, nam quod revera opinor, et commodum recordor in prae-  
 sens, regnum Narbonense a complexu regni Teutonici avelli non  
 potest, quum Provincia, principatusque Viennensis (hodie Delphi-  
 natus est) et Sabaudia, quae Gallia Narbonensis complectitur, multis  
 inde seculis in ditione Germanae fuerint. Quod perinde constat  
 de Gallia Lugdunensi, quae utramque Burgundiam complectitur. V.  
 Otto Frising. Chron. lib. VI. cap. XXX. Otto S. Blasianus cap. XXI.  
 Radevic. de gest. Frid. I. lib. I. cap. XI. Unum de Friderico addimus,  
 gente Staufenburghum scilicet: hinc avum eius Fridericum I. de Stauf-  
 enburgh cognominatum, est in Chron. Thosodor. Engehusi. In Annalibus  
 Svecicis Hobenstaufiorum notione haec familia celebratur.

Fridericus Dux Hohenstauffius.

Conradus III. Rex Rom. Fridericus I. Imp.  
Henryc VI. (reclius V. Imp.) Fridericus Dux: Otto: Connidut: M.Chr. Belg.  
Fridericus II. Imp.

\* Vid. Chron.

ycardi, ex eo

Philippus rex Roma-  
nor idemque tu-  
tor Frider. II.

cap. 9. Abb.

Stad. A. 1152.

\*\* Filiis nostri

Mansfredus,

Tarenti Prim-

eps. Enciu-

Henricus: Conradus II. rex Rom. \*\*

Rex Rom:

eclius: Conradinus, in quo Hohenstaufforum finis.

\*\*\*\*\* De Rudolfi stirpe qui curam suscipiunt, ut penitus inquirant, cordi habent Chronicum Murens, A. 1618. Chron. Constantiense A. 1607. Antichiae edition, item Chron. Colmariense & Christiano Urstiffo euulgatum. Conf. Albertus Argentinensis in Chr. a quo tamen discedimus, quoniam Habsburgos, familiariter multa superstitione, ab Italis arcessit. Addantur Frid. Closenus, Franciscus Guillimannus, Gerhardus de Roo, VVolsq. Lazi, Iacobus Kangelborius, Caspar Dornazius in Panz. hist. Rudolf. Habsburg. novissime lo. Henr. Boeclerus. Eius effigies cornitur Basileae, eademque nupr expressa est in Chron. Basil. ad A. 1273. Idoneum instituto est, quod Lipsius omitt. de calumn. valde amplificat augetque Rudolfi laudem, et pri-  
mum auctorem fontemque magnitudinis Austriae vocat, atque iam sua  
aerae per annos plus trecentos floruisse commemorat reelle, optatque, ut  
crescat in posterum, et floreat in omne acvum. Quanquam sint, qui eam  
gloriam imminuat atque elevent, et vendite Italiam, ac veluti dilapidat  
Romanorum patrimonii accusent, quam Sigonii fabulam, ac plura eiusmo-  
di commenta iamdum sub omnium asperlu posuit H. Conringius: conf. post  
bunc Boeclerus not. Imp. lib. 1. cap. 2. Iac. Bernhard. Multz. de lib. Omni-  
mod. cap. 8. Sunt et, qui negligentiam imputent, ob non vindicatum conti-  
nuo regnum Arelatense, sed id necessitat temperum dandum erat. Vid. Chr.  
Colmariens. part. ult. p. 54. Cur recusaveris proficiet Romanam, et acci-  
re Imperatorum insignie, forte satis causae fuit, si bella superiora, si Pon-  
tificum molitiones, si Guelphorum Gibellinorumque certamina in animum  
revocavit. In diplomatis, quae extant, semper scribitur Rex Romano-  
rum: ut H. Mutua Cbr. lib. 21. haud accurate tradat, ipsi impositam esse  
coronam imperiale. Neque id pensi habuit Rolevincius fas. temp. p. 82.

Nos ab eo capimus primordia Augustalium avunculorum, quandoq; idem Septemviri ipsum electuri, stipulando filiis, ab ipso consecuti sunt hunc necessitudinis titulum. Conf. Chr. Colmar. part. alt. p. 39. Tum vero si nihil aliud, hoc profe<sup>lo</sup> illustrat Rudolfi laudem, quod du<sup>el</sup>tu eius redierit pristina Germaniae felicitas, et respicaveris a civilibus bellis. Quomodo Bohemiā recuperaverit, et provincias ab Imperio abalienatas, praeter scriptores Bohemicos prodidit Albertus Argentin: nsis p. 101. seq. Celebris hoc loco est pactio I G L A V I E N S I S A. 1247. facta inter Rudolsum Ottogarumque Bohemiae regem. De Austria, Stiria, Carinthia, conf. idem, praecepit diploma quod ad A. 1276. commemoratur, quo sibi afferuit Rudolfs dominium beneficiariorum, et aliud ad A. 1290. quo Archipincernae munus et ius atque dignitatem Electoris regi Bohemiae confirmavit. Huc conf. deductio Bohemica, unde et Goldastus plerasque tabulas desumpsit, et lib. de regn. Bob. addidit. Mibi hic cœendum, ne pugnantia scribam, qui

\*app. ad VVit. meninerim, scripsisse alibi, \* sola conservudine ius Electorum XIII. seculo innixum fuisse. Quod non eo valer, ac si negem, confirmasse iure scripto Rudolsum, quod usū obtinuerant hactenus scriptem Electores, sed quo constet, ea respectu pragmaticae Imperii legis intelligenda esse, quippe quae promulgata demum a Carolo IV. est, quamquam iam ante eum tabulae quasi privilegii singularis concessae fuerant petenti Bohemiae regi, et ut credo, reliquis ex eadem causa.

\*\*\*\*\* Primus, quod recordor, sumpsit Caesari Augusti titulum, candiditeque publicam legem, quod Imperator electus pari loco atque iure sit, quo Imperator inauguratus, sive coronatus. Scriptor paralipom. ad Conr. Vr. sp. iam Caesarem, iam Imperatorem appellat, rectine, an secus, disquirunt. Sane extant diplomata, quibus praescriptum est nomen regis Romanorum: sed et reperiuntur, quae nomen Imperatoris sine adiectione praeserunt: eo vid. sanctio adversus Ioannem XXII. A. 1338. Francofurti promulgata. Antequam coronaretur, administravit Imperium, et propter hanc causam a Pontifice devotus diris est, Alb. Argent. p. 123. Neque tamen diffitebor ab Antipapa coronatum esse, et, ut sentio, vere, quia quem Pontificem esse voluit Ludovicus, ille revera, si iuris quae<sup>re</sup> est, Pontifex fuit; eo quod titulo supremi Imperii, in Romaniam olim concessi, huiusmodi potestatem haberet Ludovicus statim ab eo momento, quo Imperator electus erat: una enim atque eadem summæ in Romanum et Romanum Pontificem potestatis ratio est: nec qui quam momenti habet cesso Henrici V. a qua repetunt vulgo praesidium iniustæ causæ. Sed vero huius Im-

pers-

peratoris gloriam praecellare afferunt ex antiquioribus Dantes Aligerius Florentinus, Marsilius Patarinus, et Gvilielmus Oceanus, novissime Io. G. org. Herwart contra Abrahami Bozviniugas calumniasque. Scripтор Chronicorum Friderici III. Imperatori aequali iniuste perstringit, et propter neglegentiam Pontificis coronationem depositum esse tradit. Atque vero e. non consentium vero, tanum abest, ut se facta haec esse demus, iure sustinuantur. Neque valeat ad hoc institutum, quod fuerit tempus, quo statuisse abdicare: quum bic veritas quæstio, an abdicaverit res ipsa, et consilium impleverit eventu. Illud enim vel ultro fatetur, et eo adducimus testimonium Alberti Argentinensis Chron. p. 133. Hoc velut inceptum, et omnium confessione falsum negamus. Pontificis enim Ioannis XXII. et repetitiae Clementis VI. foedae impiaque machinationes anterib[us] siue non successerunt ex voto: quandoq[ue]dam ille in Comitiis Francofurtensibus publica Imperatoris omniumque sententia damnatus dimotuque sacra sede est: hic quoque, quae voluit, consequi non potuit, quod iniquissima eius postulata decreto Imperii abrogarentur. Idem Chron. p. 134. In Chronico Monachi Bozaviensi reperitur, censura Ecclesiastica Pontificis noratum obiisse, ad A. 1374. Sed Imperio excidisse, nusquam est legere. Tamen si enim post Fridericum Austrum qvorundam sententia eligeretur Carolus IV. tamen hic, vivo Ludovico, efficeri non potuit, ut publico omnium suffragio rem publicam capesset, donec ab excessu Ludovici IV. (vulgo V.) reconciliatis que aemulis, et in primis fatali morbo Guntheri Svarzenburgii, Carolo acgre tandem daretur succendendi legitimus honor. T. VII. H. A. in Carolo IV. De Ludovico nostro conf. Io. Aventinus, Martinus Crisius, ille in Boi. hic Svev. Annal. addantur H. Mutius, Io. Cuspinianus, Capp. Hedio, et tales atii.

\*\*\*\*\*  
 Caroli IV. vita ab ipsomet Carolo IV. descripta, et a Reinerio Reineccio edita Helmstadii A. 1585. Olim conquesisti sunt Bavari, Carolum IV. iniriori in se animo fuisse, et praeter meritum electoratu exuisse, acqvicuisse tamen tantisper, dum eadem suprema potestas, quae admisset, postliminio electorale decus reddidisset. Vid. Tubi Galileanus Fabius Hercynianus A. 1625. evulgatus: in primis hanc causam egit Christophorus Gevoldus, Io. Paulus VVindeck, quo vel maxime spectat decretum Rudolfi I. Regis Romanorum, ad A. 1275. conf. Wohlgegründete Wiedergelung Ingolstadii A. 1615. Longe aliter Palatini afferunt, Electoratum atque Vicariatum non ratione Duxatus Bavariae, sed ratione Palatinus deberi: quod gnaviter, quia erat solertia, defendit Marquardus Freherus:

V. A. B. tit. 5. conf. Recitatio des Thur.-Pfälz. Vicariats, Heidelbergae A. 1615. ubi et inserta sunt diplomata attinente ius imperii regni, quantum id respicit ditiones Rhenanas, Suecias et Franicas. In eisdem autem aliisque hodie his de causa s. i. Instr. Pac. Osnabrug. art. 3. 4. 8. et primo: quantum ad Vicariatum, in possessione haec tenus est Bavarus, Palatinus solenniter contra assert obtestationum formulas tuendis iuris causa, cuius possessione a intercipi ad hoc usque tempus videt: ego me nil interpono, nec tam in inferior, facile hoc quantum negotium est, intelligi posse ab historiae Germanicae diplomatumque pragmatice Guaris. Cet. rogo in imperium Caroli IV. magis temp. ratum fuit, ac Henrici VI. magis tamen plenum fuit, quam Maximiliani et Caroli V. illud ostendere est ex comparatione rescripti Henrici VI. Imp. quo san. ut, omniem argentifodinam pertinere ad iuris imperii, et inter regalia Imperatoris computari. Chron. Mindensi. p. 746. et publicae Imperii legi, quae A. B. dicuntur, sic g. ubi argentifodinarum ius Electoribus, quorum Senatus aeo Henrici VI. incognitus erat, concessum est, ac hodie ex territorii potestate apud omnes assumatur. Tum vero plenaque mandata eius mode sit pariter a: perbemigne scripta ext. in hunc modum: requirimus et hortamus attente universos et singulos principes: vid. privilegium civitatis Hamburgensis datum, quod obiam ist in deductione Hamburgensi. p. 155. Nec multo alter in Mindensi A. 1577. Volamus, hortamus, et requirimus Episcopos. Ne alia nunc indicia attinbam. Hoc liquet, opinor, ex stylem. arandi literas pragmaticas, et cim. mandatibus publicorum mandatorum, quae se ferunt aliquid solumbant ad Maximilianum usque I. si que inter exemplaria b: ius Comitorum, quorum liberis in diendorum facultatem Imper. stites olli, et iamdu post Carolum IV. usurpavit Fridericus III. vid. Reformat. Frider. III. de Ann. 1442. prout ip. ubi vocabulum plenioris auditoris sub notione habendi expressum est: Daramus tuenderheit her zu uns kommen/ geboten/ und gehissen haben: Multo sane magis comites habui, blindeque et populi- vit Maximilianus I. V. R. I. 1512. Vns mit des H. Reichs Ständen/ und sie mit Vns/ nach folgende Artikel und Meinung/ als eti Christlich corpus und Versammlung legen und miteinander vereiniget/ verpflichtet und vertragen: nec proorsus ab ludunt Caroli VI. literae b: nisi iurare, ex quibus nominamus concilis Ruperto Semori, quorum stylus cum style atque intentione A. B. tit. 3. et 12. congruit, et tempore insuper respondet, nisi quod illarum scriptum auditorat habeat ex Lingua Teutsche, huius vero in Teutsche lingua tantum sit exemplum. Ego nanc pro certo habe- am,

am, potestatem Imperatoris non modo Caroli IV. aetate temperatam, sed etiam Maximiliani I. aero deminutam fuisse, nempe ab eo tempore, quo Ordines revera in partem summam potestatis venerunt: neque eo probrum Imperatoris ingreditur, sed ingenium exprimitur Republicae Germanicae status mixti.

X. Postquam in Carolo IV. \* vulnera Germaniae coiverant, paulo melior paulatim forma huius corporis fuit, praecipue decus addiderunt Rupertus \*\* Palatinus atque Sigismundus, \*\*\* et post obductas VVenceslai cicatrices, \*\*\*\* instauraverunt honorem augustae sedis, et quicquid ab eius cultu recesserat haec tenus, auspicatissimo exemplo emendaverunt; sed unum adhuc erat Reipublicae nostrae gravissimum, quod ad Fridericum III. \*\*\*\*\* usque barbaries et procerum fere animos, et Germaniae tribunalia consideret, donec imperante Maximiliano I. \*\*\*\*\* plurimum mutaretur ex prisco more, et Principes a nimis belli studiis magis magisque revoarentur ad artes togae.

\* Hic temporum parienda intervalla sunt, ac verum idemque iuria nobilitatum Caroli IV. Imperium signandum 1. ob decretum Spirens, quo A. 1346. dicta sententia est, Carolum IV. per nefas et perjurium Imperio esse indignum: 2. ob Guntheri Sovartzburgii praepollentem electionem, et publicum perduallonis edictum contra eos, qui obsequium denegarent, promulgatum A. 1349. Itaque initium legitimis Carolini Imperii repetto ab A. 1350. fallunt, qui priora retro tempora resistentes, Carolum IV. Imperatorem ante imperatoriam venerationem vocant.

\*\* Eius reperitur edictum de pace publica per Imperium ordinanda, sermone vernaculo Landfriede appellatum, quod tamen non memini vidisse apud novitios scriptores, nec ipsum Goldastum: reliquae eius constitutiones passim indicantur; illa vero nuquam conspicitur, qua irrita secessit dicitur omnia privilegia VVenceslai, tametsi pro certo habeam, voluisse ripetere amissa, et rescidere antecessorum profusas donationes, ac reducere ad plenum obsequium Italos, ut argumento est bellum in Italia gestum, quo rebellis Italicae civitates, et Galeacum, qui Caroli IV. annuncio plus inslo creverat, in ordinem redigeret. Huld. Mutius Chron. lib. 26. Chr. Carlo-Peuerian. in Rupre. Tom. VII. Hist. Ang. in eod. Paulus Iovius in

Vice-Comit. Mediolan. Revera tamen non rescidit; tantumque abest, ut publica constitutione residerit, ut quoque per adversam bellum fortunam resindere non potuerit. Conf. praeter Baptis. Platinam, Baptisam Egnatium et Matib. Palmerium, Ioannes Aventinus lib. 9. Annal. Boi. et Mut. all. loc. Non tamen id facit, ut inribus Imperii quicquam detrahatur, eo quod Imperatores nec soli, nec pleni Reipublicae Germanicae Domini sunt, nec diminuere adeo quid eius per se et separatim possint, et si maxime fortasse diminuerint aliquando, aut forte diminuant in posterum, id neque pro valido habeatur, nec teneat ipsorum successores. Scriptor Chronicus, quod in Friderico III. definit, censet, Bonifacium IX coronavisse Rupertum: sed id non comprobavit eventus, quamvis non negem, eo animo suisse Pontificem, ut constat ex bullâ eius, quam afferit Goldasius T. 1. Constat. Imp. ad A. 1401. Neque id fugi proletarios scriptores, neque ipsum Michaelem Sachs Räys. Chron. in Rupert. Abd. Hosmannum in eod. Alioqui celebratur valde Rupertus ob institiam, parum ob bellorum successus, ut paene idem de ipso pronunciem, quod olim Romani de Severo Alexandro: bonus Reipublicae et aerumnosus fuit. Vid. Aurel. Victor, et Aelius Lampridius in Severo. Propterea Iacobimus Curatus Chron. Siles. p. 88. hoc gloriae eius detrahit, quod potentia caruisset. Sunto vero, qui redarguant nimiam eius in civitates Imperii benignitatem, quam contra alii praedicant valde, et cum ob harum merita erga Imperatorem, tum ob imperii utilitatem recte declaratam censem: inter quos merito suo primas partes tenet Iurisconsultissimus Daniel Haiderus, egregio, quod de imperialibus praefectis (Reichs-Bürgen,) edidit, opere, unde plurima, cum in hoc arguento versaretur, colligit Philippus Andreas Burgoldensis. Nempe ille ipse Imperator plenac omnium Urbium Imperialium Iurisdictionis, ac potestatis in solidum et exquisite territorii nomine competentis initium fecit, summotis, qui antebac Caesarum vice rexerant, praefectis.

\*\*\* Imperator inter eos, qui successionem Austriorum interruperant, postremus, et Princeps, si togae negotia specie, consilio et prudenter maximus, sin bellum, non perinde felix, et sive cum intestino, sive cum externo hoste luctatus, ac Hussitarum Taboritarumque et Turcarum bello implicatus. Ad motus Hussiticos optaramus ex Hussitis scriptorem, sed quoniam eorum nullos habeamus, neceesse est aiorum fidem acquireamus: eo pertinent Ioannes Dubravius, Venceslaus Hagecius, Io. Cochlaeus, sed qui nimis saepe student partibus, tum Zacharias Theobaldus,

dui, apud quem extant pleraeque epistolae Sigismundi ad Bohemos scriptae, quibus hereditarum in Bohemiam ius afferit, contra, quam parens eius Carolus IV. in A. B. tit. 7. quod evidentissimum est, si comparentur litterae Trenshinenses A. 1421. ad Bohemiac Ordines exaratae. De bello, quod a Turcis constatum est, post Vngaricos scriptores, quorum plerosque in dissertat. de Vngar. §. 11. nominavimus, pulchre commemoravit Io. Cappianus. Sed hic res postulat, uti dip'omatum, quorum copiam non fecit Goldastus, meminerim; ea vero Ordines singulos concernunt, aliud Speciem viratum Saxoniae, aliud Duces Luneburgenses, reliqua civitates Imperiales Aqvigranensem et Colonensem: illud allegat P. Albinus tit. 16. Metzniisch. Chron. hodieque ea forma, qua tunc editum a Sigismundo est, in tabulario Saxonico aſſervatum: iſtud extat in deductione A. 1620. Cellia emissa: horum alterum reperitur apud Io. If. Pontanum His. Gelric. lib. IX. p. 453. alterum Colonie custodiuntur sub aurea bullā: sunt et mibi pleraque manuſcripta, needum, quod siam, prelo expressa, de quibus alias. Reliquae eius constitutiones, ut Bulla Sigismundi, item decreta rescriptaque varia, et ut dicuntur, concordata et compactata, edita sunt a Goldasto. Ego alioqui de Sigismundo hic obſervatum velim, eum primo accurate diſfluxisse tempus Imperatoriae eleſionis, et Imperatoriae inaugurationis: deinde reputasse secum diligenter, per quos crevifſet: cum maiorem dignitatis Principum, quam circutatum rationem habuiffe: poſtremo Helvetios habuiffe comiter, et auxiſſe privilegiis, odio forte tunc atque aemulatione Austriorum: Io. Henr. Suiz. Chron. Helvet. ad A. 1415. Id saltē laudi defuit, quod A. 1414. dicitur Hufſidem, quam ~~ad~~ bachel Petzesius, Praeful Tratislaviensis manu ſua Spirae Nemetum obſignaverat, non servasset, quippe vielius Pontificis purpuratorumque, qui Constantiae ad generale Concilium convenerant, importunissimi poſtularis. Sed purgare id nuper studuit Laurentius a Drift, operamque ac ſtudium fruſtra ad excuſandum Sigismundum impedit, fidem publicam contra omnem fidei rationem religionemque interpretatus: vid. eius Antidecalog. Theolog. Polit. art. 5. p. 215. 216. 217. De cetero affirmat Rolevinck, adeo religioſum fuifſe, ut meritus fuerit, qui referretur inter Divos.

\*\*\*\* Is memoriam ſui Germanis Bohemisque maxime acerbam effecit, ventri ſemper obedienti, et virtutis legumque omnium negligens, utque eo, ut ſcribat Rolevinck, paternam Caroli IV. probitatem velut recedentem ab ipſo tranſuſſe in fratrem eius Sigismundum: fasc. temp. p. 86. Monachus Nuffensis unum alterumque memoratu dignum de eo

profert ex Emundo, cuius historiam integrum desideramus. Acneas Sylvius Friderico III. acqualis patri longe absimilem, et vim, quam regni curiosorem fuisse, comprobavit. Paulus Langes ob segnitiam et Lasciviam ab electoribus depositum, et quia tam eurpiter se gestisset, non coronatum testatur, quo respicit eius depravatissimam vitam, et coronationem, quatenus electri Imperatoris notam praesert: infigne enim, quod regni Germanici ratione imponi doceat, Aquigrani tulisse, certum est. VId. ex Emundo M. Chrom. Belg. ad A. 1372. Ut, qui in eo desinit, Albertus Argentimensis parum exquisit scribat ad A. 1378. dum ipsum seorsim et aeneum propositum Imperatorem vocat. Cur vero idem, et iure, an secus, ab Imperio electus sit, cum instituto congruit, ut paulo examinemus. Et I. extra omne dubitationem est, sententiam exultorationis contra VVenceslaum, quatenus electum Imperatorem, latam esse, quam referunt Melchior Goldastus T. L. const. Imp. ad A. 1400. et Christianus Vratislavius Germ. hist. part. ale. in fine ex Chron. Ia. Kongelshovii. II. Causas avulsi Imperii non est, quod ex longinquo petamus, quem legendi copia sit apud predictos scriptores: summa vero carum huc redeat, quod VVenerans iura Imperii immisisset, quod publicae securitatis conservandae curam omisisset, quod prædationes et latrociniis permisisset, quod iustitiam non curavisset, quod contemptibus sacri Ordinibus induisset, quod scuritatem in innocentes, ac publicae privataeque improbitati laxavisset frateros. III. Nec dubium est, VVenceslaum multa crudeliter et iniuste fecisse, et opes ac iura quaedam Cesarei patrimonii deneguisse: an vero animum opprimendae Reipublice et convellendarum omnium Imperii legum habuerit, et una haberuit animum tyranni proprie dicti, nondum pro vero quicquam affirmavit. IV. Quod ad imminutum Imperii patrimonium spectat, repone saltem poterat antecessorum exemplum, salvo nihilominus Ordinum iure ad repetendum, quod sine ipsorum consensu imminuisset ipse, aut quoniammodo ab alienoasset. V. Quod de contemptu sacri Ordinis obvertitur, facies in aperto est, exaggerari nimis, quod, quia Ioannem Hussum tamen ex foverat, variae confusione in sacerorum officia irrepessent: ex quo passim siebat exodus, et sacri Ordinis contemptor habebatur. Sed qui rem recte aestimant, dicent forte, una illa re bonum fuisse, et certe Sigismundo fratre meliorem, ut qui fidem Husso datam fringisset; aut deinceps hanc causam non fuisse sufficientem, propter quam VVenceslaus numeraretur in contemptoribus sacerorum, si forte alioqui non nimis religiose sacra habuit. VI. Tum vero tradit Emundus horum temporum scriptor, et ex eo

Monachus Nuff. M. Chr. Belg. p. 328. Imperio privatum fuisse i. non vocatum: 2. non convictum: 3. sine causa cognitione. VII. Vt forent haud dubie, qui colligerent, rem tam arduam needum fatis in morum legumque via expeditam esse: hoc magis, qvod nullum ius fasque tale quid sicut, non naturae, ex quo semel positus est imperiorum ordo, et imperandi quæ situm iure: nec 2. gentium, propter gentes in pacem reiendas, vitandaque foedissimas rebelliones: Princeps enim, si maxime electionis titulo electus, non acque ac medicus assumet dimitti potest: nec 4. civili, quandoquidem id omne a consociationis civilius inde plane abhorret, contrariumque tot Quiritium legibus sancitur: neque 6. divino, qvod sicut obsequium sanctitatis prohibet motus. 7. Sed quia id sub conditione sancit, puea divini cultus, et pari interpretationis iure, paclorum convectorum, evenire usum potest, ut his, qui aliquid contra paclla extorquere volunt, ressistatur, si ii. per quos resistitur, eo loco sint, ut ius resistendi habeant, qvod vel maxime eorum statu habent, qui non sunt meriti magistratus. Multum vero abest, ut ab eo, qvod defensionis causa ius concessum est, ad eversionem trahi debeat, aut omnium, quae superioribus paclis quis consecutus fuerat, iurium privationem. Sed neque 8. id convenire potest Imperii iuri, qvod caput et membra sanctissima obligatione innelit invicem ac devincit. Falsa, si quae memorantur, contraria, non possunt coalescere in ius, nec dissolvere hunc nexus, cuiusmodi sunt, quae desumuntur ab exemplis Caroli Crassi et Adolphi Nassovii: nam de illo Henrici IV. Imp. iam supra sententiam diximus. 9. Qui hic in medium afferunt lodoci Moravi, qui paulo ante Sigismundum electus est, constitutionem, fere obliuiscuntur statim ipsorum, et adeo nihil reperiant in rem suam, ut quoque tandem ipsos significationi suppudeant, qvod ipsi Goldstof accidisse, compertum habemus. 10. Illud hic postremo controversum est, utrum post emissam exauclorationis VVenceslai formulam rescripta eius, et impereita Privilegia velut iure falla valcent? Confidenter negabo, nec tamen approbabo exauclorationem, quasistire factam: id scilicet affirmabo, post latam exauclorationis sententiam nil, qvod Imperii esset, dari ab eo donarive potuiss: quum, quicquid Imperii respectu dat donarive Imperator, non suo tantum, sed et Imperii nomine, dare donareque intelligatur. Qvod ipse constetur saepe his verbis: a nobis et Imperio feudalia dependent: et praeter ipsum confirmant Principes, et confirmante paclla Principum ipsi συγχρόνω, quae semper una ipsum, et Imperium Romanum respiciunt ex aequo. Atqui

Imperium publice testabatur saltem hac formula, se nolle id pro dato donatore habere, quod daret donare et que ipse exaultarat. Autem abeunt, ut dicant, promulgata privationia Imperii formula, VVenceslauum ut malae fidei possessorem, nullius rei iurisque, quod Imperii esset, ab alienandi potestatem habuisse. Alioquin in diplomatis, quae iure sustinentur, fere utitur verbis, gratiis infundandi, gratiis transmittendi, gratiosius dignandi, ut mibi talia suppetunt. Titulo utitur Romanorum Regis semper augusti, et Bohemiae Regis. Impense errant quidam ex Belgis, qui proferunt aliqua cum elogio Imperatoris simpliciter: quin et mea sententia illi, qui hunc consignarunt: VVenceslaus Dei gratia Romanorum et Bohemiae Rex semper augustus, nisi forsitan scribae vitium accusent. Semper Augustus enim a Sec. XII. scribi coepit est, tantum ratione Imperatoriae, aut regalis potestatis Romanorum. Ne dicam, augusti usulum nativa sua inde ac modo scribendi pragmatico repugnare iuri beneficiario Bohemiae Regis.

\*\*\*\*\* Si genus aestimo, Ernesti ferrei filius, Alberti II. Imp. in quo

\* Is. VVolfg. augusta dignitas ad Augustios rediit, sobrinus, \* Rudolfi I. qui et Rufus dicitur, Textor de R. ab ipso fuit: fin tempora, quibus Imperio praefuit, difficilim ac plane exulram locat Al- cerata memorantr. Occupavit Orientis imperium Turcas: Occidentis, in quem bericus II. fra- tot irruit. Gracorum preces perferabantur, velut alieniperculi securus, fac- trem: Nam derisque antiqui et ferendae opis oblitus, sive societas marcobat, sive disfor- sive Albertus II. in serie du- cum sive in se- rie Imperato- rum respic- tur, tamen utroque modo erratur.

diffidationum, in Republica per se quidem iniustiarum, sed ob rude illorum temporum forum, iam a Carolo IV. permisarum, quas abrogari prorsus oportuit, nisi refraenari utrumque satis visum fuisset pro captiu militaris aevi. Conf. A. B. tit. 17. et Reformatio Friderici III. de A. 1442. instituta utriusque comparatione cum sanctionibus auspicio Maximiliani I. facta; ut R. I. de A. 1405. et R. I. de A. 1500. Ceteroquin Friderici mandata, quae quidem ego viderim, plurimum severa sunt, et significantiore mandandi notione expressa, Latina aequa ac Germanica, quanta extant saepe in literis Primi egorum, item ad Ducentum Helvum Arnodum, ad Lubecenses, et comp'ur: s' alios Imperii Ordines. In plurisque Germanicis exprimitur indignacionis poena solo ipsius nomine, hec Vermeidung unser schweren  
Wn.

Vngnade: in Latinis et ipsius et Imperii nomine denotatur, ut rescripto ad  
 Neomagenses de A. 1442. Verbis autem notionem patrimonii habentibus  
 abstiner, cum agitur de iure beneficiariorum inaugurationum, quinimo scri-  
 bit, Vnsur und des Reichs Eigenthumb/ A. 1458. Regem Bohemiae ho-  
 noratori, quam antecessores, titulo dignatur: qui enim in aurea Bulla,  
 et ante eam illustris dicebasur: nunc Serenissimus cognominatur, ut docu-  
 mento est confirmatio Privilegiorum Regis Bohemiae Georgii de Anno  
 1459. Austriae Duxes in maius fastigium evexit, et a morte Alberti VI.  
 fratris seniori vestigio innexus, titulum ARCHIDVCIS sumpsit, priori-  
 bus culis cocharaktere, qui hodie Austriae gentilitius est, ignotum: quam  
 quam inveniuntur, qui secuti Ioannem Cuspinianum in Austria a tertio  
 decimo seculo reperant. Ego insignioris Austriae dignationis initia dis-  
 cerno ab usu tituli perpetui, et sub ratione beneficiarii characteris conside-  
 rati, atque ob argumentum singularis praerogativae in certam familiam  
 ascripsi: illa libens rescribo ad XIII. seculum, hunc auspicio a Frederici III. aeo.  
 Neque enim nunc moror eam significationem, qua sive potentiam, sive ma-  
 gnitudinem saltet eximiam quadam loquendi figura denotat, ut apud  
 Monachum Nuffensem M. Chron. Belg. pag. 97. qvibratione Brabantiae,  
 quae olim coniuncta erat, Archiducatum nuncupat, id est, amplum opu-  
 lenumque Ducarum, non autem sub bodierno Archiducatus charaktere  
 sumptum. Haud secus, atque in Chron. Citizeni A. 1088. p. 779. Abbatia-  
 Hirschfeldensis appellatur Archiabbatia, id est, forte optimior, non titulus,  
 neque honore maior, quod vel testari potest Abbatia Fuldensis, quamquam  
 prior illa tam seculi iure donata, pari cum ceteris profanis principatisibus  
 iure censetur. Itaque hoc loco habet notionem singularis tituli, solis Habst-  
 burgio-Austriis hereditaria beneficiariaque lege concessi. Causam, pro-  
 pter quam concessus sit, facile rimantur, quotquot considerant, iamdudum  
 subveritos esse Austriaos, posse sibi accidere, quod saepelius accidit, hoc est,  
 transferri augustinum decus, ei si transfiguratur, ex dignitate fore tam emi-  
 nentem Archiducatus praerogativam. Huc spectat diploma Caroli V.  
 de A. 1530. d. 8. Septemb. traditum. Verum enim vero de vita imperioque  
 Frederici III. (nisi IV. mavis ob Fridericum Brunsvicensim) legamus  
 Aeneas Sylvius, Ioannes Cuspinianus, et praeter ceteros Fredericus Nau-  
 fer Blancae campi, Episcopus olim Viennensis, scriptor non ineptus, licet  
 non disertus: demum hoc anno expectamus Io. Henrici Bochleri de Fride-  
 rico III posthumum opus, vixitrum ad posteros egregii viri monum-  
 tum.

\*\*\*\*\* Is turbidum Friderici III. statutum correxit, et Ordinum lites non manu, sed iure disceptandas edixit, pacemque publicam publica lege sanxit, R. I. 1495. tit. Wie der Landfried zu halten. Quo pertinet R. I. de 1512. §. Wir sollen et omnes illae in universum Imperii sanctiones, quibus abrogantur bella atque expodiun, die Bewehdung und das Faustrecht: tum vero Regimentum, velut Teutonicae libertatis fulcimentum institutus, R. I. de A. 1500. ac ut per indulgens erga Ordines erat, primus initia posuit divisae maiestatis, eo quidem consilio, ut bi reserrent Imperatori gratiam, atque adiumento essent contra hostes. Praeterea ordinavit tribunal Imperii augustum, R. I. de A. 1495. Spirae Nemetum eousque mansurum, donec id Caesari Ordinibusque universis videbitur, R. I. de Anno 1530. §. Darzu meinen und wöllen Wir. Tametsi non desint, qui statuant, et Republica fore, si alio transforatur, locusque illi in media Germania constituantur, quum Spira versus Galliae limites recedat, ac longinquitate adeo partum augeat proficiscentium molestias, partim cumulet litigantium expensas. Verum id alii iudicent, ut iam ante me personatus Irenius Colleg. ad 2. part. p. 43. Privilegia concessit, et confirmavit, ex his producimus, quod p[ro]p[ter]a[et] illas proprios homines faciendi, vulgo Vildfang, dictum, cuius primum auctor in diplomate Maximiliani non indicatur; et recessit tamen superiorum temporum Augsburgos, ac nominat concessionis ab iis factas, sed conditorem privilegiū non nominat, neque nominare necessarium erat: creditur vero a Ludovico Bavarо imperitum, quum primae concessionis tabulae desiderentur, iniuria temporum, ut multa alia, desperitate. Vid. eo edita scripta VVildfangistica A. 1665. quibus acerrime haec causa disceptata est, usque dum A. 1667. d. 7. Febr. publica sententia arbitrorum Heilbronnae finiretur, de qua alias commentatus sum in contextu Historiae Germanicae ad A. 1665. Inter cetera Maximiliani laudatur epistola ad Paulum Lichtensteini Baronem A. 1511. 16. Septembr. scripta: Goldast. part. 13. Der Politischen Reichshandlungen: literarum curam approbavit literis ad Bilibaldum Pyrckhaymer A. 1514. 20. Augst. exarata: quae extant apud eundem Tom. III. Imp. Conſt. ad A. 1514. Quae ad forum Teutonicum pertinent, exquisissime recensuit Hermannus Conringius insigni de Origine iuri Germanici libro. Reliqua, et quae haec proxime contingunt, Caroli V. successorumque alia, peculiari dissertatione in posterum completemur.